



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 12. Mandata Episcopis data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Nicolao facta admodum exitialis fuit **Sæcul. XVI.**  
 Joanni Troghmortono ejus fratri, qui **A.C. 1554.**  
 extremo suppicio afficiebatur, eoquod  
 ejus crimen per ipsas rationes, quibus  
 alterius innocentia vindicabatur, ma-  
 nifestum fieret. Ceterum Elisabetha  
 haud diu in Turri detinebatur; quippe  
 a Præfecto perbenigne habita die de-  
 cima sexta Maij Woldstockium defere-  
 batur, cujusdam Viri, a quo tamen  
 durius habebatur, custodiæ tradita,  
 ubi etiam usque ad Reginæ Mariæ obi-  
 tum hærere compellebatur.

### §. XII.

#### *Mandata Episcopis data.*

**Sedatis omnibus hisce tumultibus, Re-** *Aæ. publ.*  
**gina Episcopis præcipiebat, ut quan-** *Angl. t. 15.*  
**tocius suas diœceses lustrarent, eaque** *o. 376.*  
**in re leges nuper promulgatas exequen-**  
**tentur: hinc illis erat injunctum, ut**  
**omnes leges Ecclesiasticas, quæ vivente**  
**Henrico Mariæ Patre observabantur, in**  
**usum deducerent, nec ultra in senten-**  
**tiis ad Episcopale forum spectantibus**  
**Henrici nomen apponerent, minus vero**  
**a Clericis juramentum, quo hi se Re-**  
**gem tanquam supremum Anglicanæ**  
**Ecclesiæ caput veneraturos spondebant,**  
**deinceps exigenter, aut cuidam de hæ-**  
**resi suspecto sacros Ordines conferrent.**  
**Jubebantur etiam omnem adhibere co-**

B 5 natum,

Sæcul. XVI natum, ut errores reprimerentur, hæ-  
A. C. 1554 retici debitas luerent poenas, omnes-  
que libri, ac cantilenæ non sine populi  
offensione, ac omissis honestatis læsio-  
ne editæ suppresserentur. Curarent  
insuper, ut Sacerdotes sacrilegis nuptiis  
copulati ejicerentur, aut faltem a suis  
uxoribus secedere compellerentur, alii  
vero Ecclesiis Parochialibus Presbyteri  
eiusmodi connubia detestantes præfice-  
rentur, vel faltem illis ex beneficiis,  
quæ ipsis afferrentur, pensio consti-  
tueretur; nequaquam vero Religiosi con-  
tinentiæ voto obstricti uxores suas re-  
tinerent, nec non deinceps omnes Ec-  
clesiæ ritus, festa, ac jejunii dies, prout  
regnante Henrico VIII. in usu fuerat,  
conservarentur. Præterea Diœcesano  
Episcopo injungebatur, ut ea suppleret,  
quæ defunt eorum inaugurationi, qui  
juxta ritum ab Eduardo VI. introdu-  
ctum, proin modo haud quaquam le-  
gitimo Ordinibus fuere initiati. Deni-  
que Episcopis præcipiebatur, ut com-  
muni consensu Homilias ad unanimem  
doctrinæ rationem rursus introducen-  
dam conscriberent, gregemque sibi com-  
missum, ut Divino officio in Eccle-  
siis intersit, obstringerent: infantes  
vero Christianæ doctrinæ præceptis se-  
dulo imbuerent. Hæc mandata die  
quarta Martii fuere signata, exeunte  
autem

autem eodem Mense Regina quosdam Sæcul. XVI.  
nominabat Commissarios, quorum prin- A.C. 1554.  
ceps erat Gardinerus: His demandata  
est follicitudo, ut Ecclesias a Clericis  
conjugatis expurgarent, unde præpri-  
mis quatuor Episcopi, nimirum Cestrien-  
sis, S. Davidis, & Bristolensis, & Ebo-  
racensis Archiepiscopus, ac paulo post  
Lincolniensis, Glocestrensis & Here-  
fordiensis Episcopi, qui omnes secta  
Protestantes erant, Sede sua ejicieban-  
tur, aliis & quidem Catholicis a Re-  
gina in eorum locum subrogatis.

### §. XIII.

*Sacerdotum matrimonia scriptis im-  
pugnata, necnon Missæ Sacri-  
ficium in Anglia restau-  
ratum.*

Ut Religionis studium, quo Regina Burnet h[ab]it.  
fervebat, a calumniis vindicaretur, de Ref. t. 2.  
plures contra incæstas Clericorum nu- l. 2. p. 415.  
ptias suos stringebant calamos. Hos Sander. de  
inter præprimis Smithus librum suum schism. Engl. l. 2. p. 331.  
de Sacerdotum cœlibatu magis auctum  
iterato prælo edebat: alias vero juris  
Doctor nomine Martinus circa idem ar-  
gumentum quemdam librum, ad quem  
perficiendum ipse etiam Gardinerus  
operam suam contulisse creditur, evul-  
gabat. Insuper juxta prioris Senatus  
legem